

M-s. 207
2

294.

15

OBSERVATIONES
CRITICO · PHILOLOGICAE

IN LOC. DEVT. XXIII. 17. GRAEC. VERSIONIS

QVI IN CODICE HEBRAEO NON EXSTAT

CONTRA ISAAC. VOSSIVM.

PROGRAMMA

QVO

AD EXAMEN PVBlicVM

IN SCHOLA HELMSTADIENSI

A. D. XXVIII. SEPT. INSTITVENDVM

ET

DECLAMATIONES QVASDAM

A. D. XXVIII. SEPT. HOR. X. AVDIENDAS

MAECENATES AC FAVTORES

LITERARVM HUMANIORVM

OBSERVANTER INVITAT

M. AVGUSTVS GEORGIVS MIRVS
SCHOLAE HELMSTADIENSIS RECTOR.

HELMSTADII

LITERIS DRIMBORNIANIS.

ODES RYATIOMES
CRITICO-PHILOLOGICAS

IN TEGE DEDICATA HENRI I. CRESCE ALEXANDRI

TATIS IN EGDORIS MIRAMONIA

CONFINIUS LAVACROSTIS

ALICE PROK

ANNA PROK

MARIA KAZIMA

AD SEDIS STADTSCHEID

WILHELMUS VON HABER

MASSIMO OASDAM

REINHOLD VON HABER

ANNA VON HABER

MARIA VON HABER

ANNA

ANNA VON HABER



Quod solet accidere iis, qui opinione quādam imbuti ad explicandum auctorem accēdunt, vt indulgentes ingenio, suam auctori opinionem inferant, et minus recte in illo, atque ordine versentur: id saepe in Criticis est obseruatum, qui, dum suscep̄tis temere opinionibus scriptores aggrediuntur, licentiam singendi sibi sumunt eam, quae freno careat, quo libido torquendi scripturas ad suum arbitrium, coerceri possit. Omnino autem erat caudendum, ne, prae-
cipitando iudicium, et falcem criticam, temerariam saepe, auctoribus immittendo, iniuriosi in ipsos videmerū: in primis vero sacrī in libris tanto modestius Critici debebant, diligentiusque versari, quo maiorem sanctitatem hābent, ideoque merito suo reuerentiam postulant maiorem. Ut enim ferri possint et debeat non nunquam, quorum Critica circa verbum aliquod, lectionem aliam, occupatur: valeant tamen et recedant ii, qui tota capita, totos versus e codice hebraeo elimina-

A 20 n° 1 d 21820 tos

IV

tos atque exsculptos volunt. Cuius temerariae sententiae reus peragitur ac reprehenditur merito Vir summus alioquin, ISAACVS VOSSIVS. Is, vt erat captus nimirum versione graeca, illici se passus est in hanc fraudem, vt hebraeum codicem tanquam multilum & corruptum passim traduceret, vt ista ratione, quod detraxiisset codici ebraeo, graecae id versioni adderet auctoritatis atque praestantiae. Prouocat autem in primis ad locum Deuteron. XXIII. 17, vbi in graeca quidem versione integrum Hemistichium extet, quod sit in hebraico textu Rabbinorum fraude deletum. a) Quae enim leguntur ibi hebraice : **לֹא חִי הַיּוֹם כְּבָנֹת יִשְׂרָאֵל :** וְלֹא יִחְיֶה קָרְשׁוֹן כְּבָנֵי יִשְׂרָאֵל : LXX: **εἰ τέτι πόρνη μόνο θυγατέρεων Ἰσραὴλ,** καὶ εἰ τέτι πόρνευσαν αὐτῷ οἵων Ἰσραὴλ. Sed quum versio graeca addat : **εἰ τέτι τελεσφόρος αὐτῷ θυγατέρεων Ἰσραὴλ,** καὶ εἰ τέτι τελισκομένες αὐτῷ οἵων Ἰσραὴλ: haec autem in codice hebraico non habeantur: patere inde putat, hunc locum a Iudaeis erasum esse. Itaque induxi animum, periculum facere, an textum hebraicum a VOSSI criminibus vindicare, et euincere possim, nihil a textu abesse, ipsumque adeo versionis graecae additamentum, (quod videretur) nullam posse corruptionis iniicere suspicionem, sed, recte si intelligatur, cum verbis hebraicis, amice conspirare. Vnde haec tota disputatio ita describita erit, vt primum textus ebraici sensum, vocabulorumque vim recte capiamus; deinde versionis graecae cum **α) VOSSIVS in Var. Obser. p. 267.**

cum illo probemus consensionem, quo corruptionis su-
spicio tolli, siue voissius erroris conuinci queat.
Iam primum ebraica verba, quae hoc in loco Deut.
XXIII, 17. habentur, & praeunte versione graeca ple-
rumque ita conuertuntur: non erit meretrix inter filias
Israël, neque scortator inter filios Israël; haec verba
igitur mihi ampliorem vim habere videntur, ac sensum
fundere hunc: Non erit inter filias Israël, quae Gentili-
um more, obsceno et impudico cultui idolorum se conse-
cret, initiari eiusmodi impuris sacris se patiatur, et ex
foedissimae artis quaestu vestigal quasi ac dona Diis offerat:
neque erit inter filios Israël scortum masculum, cynaedus,
meritorius, sacris Gentilium impuris initiatus, pudorem
prostituens. Cuius nostrae versionis ratio ut sibi constet,
ipsa, age, vocabula excutiamus, vt, quaenam illis sub-
iecta sit potestas, facilius intelligatur. Ac primo qui-
dem quaeramus, quid sit **הַשְׁרָךְ**? qui nobis statim me-
retricem obtrudunt, quae per αὐτιφεσίν sacra dicta sit,
vt apud Virgilium, auri *sacra* fames; et ad Genes.
XXXVIII. prouocant, vbi vox **הַשְׁרָךְ** primum occurrit;
vereor, vt satis praefidii habeant in capite hoc adducto.
Quaero enim, quid sit, quod Iuda commate 15. Tha-
marem **וְגַתְתָּ** vocet, eandem vero deinceps v. 21 et 22.
ter **הַשְׁרָךְ** appelleret. Hunc, credo, scrupulum nemo ad-
huc iniecit; videtur autem illi occurrentum ita, vt di-
camus; vocabulum **הַשְׁרָךְ** eo tempore nondum *meretri-
cem* denotasse, sed proprie: *separatam*; quandoquidem
radix **שְׁרָךְ** generatim *separationis* notionem habet. Quan-

VI

do itaque pastor a Iuda missus v. 21. ex loci eius hominibus quaerit : *vbi est Kdeschab*, nihil aliud mihi quaerere videtur, atque hoc : *vbi est femina illa soliuaga*, quae ad viam separata, seorsum, ambulabat. Respondent itaque v. 21. non adfuisse eiusmodi feminam soliuagam. Neque etiam vero videtur simile, Iudam commissum facinus suum seruo aperiisse ; sed ablegasse potius ita, ut feminae cuidam, (non meretrici,) quam a loco et habitu, non a scortatione, notauerat, hoedum promisum traderet. Confirmant hanc meam opinionem THEODOTION et AQUILA. Ille Hof. IV, 14. שָׁרֵק vertit κεχωρισμένον, separatum, notationem vocis sequens ; hic vero in loco Genes adducto שָׁרֵק διηλαγμένη convertit, mutata, habitu scilicet, (eine vermummelte,) qualis erat Thamar ; et etiam loco, *separata*. Nec obstat, τρέξει habere πορευη. Exprimunt hi enim sensum ex facinore perpetrato, non ex notatione vocabuli. Sumamus itaque, quod sumere fas est, primam significationem שָׁרֵה esse : *separata*, eamque Genes. XXXVIII. vtique valere. Ceteris autem in locis b), in quibus vocabulum שָׁרֵק, et in masculino שָׁרֵפַת, occurunt, indicantur eiusmodi personae, quae *separant se*, scilicet omni honestate, et ita se separant, ut simul cultui impuro Numinum quorundam se *confescant*, initiari se nefariis et obscoenis sacris patientur, ac denique turpissimi quaestus mercedem consecrare Diis haud erubescant. Hanc vim et po-

b) 1 Reg. XIV, 24. XV, 12. XXII. Ib. XXXVI. 14.
47. 2 Reg. XXIII. 7. Hof. IV, 14.

testatem vocabulorum ebraicorum primum adducti infra loci ; deinde Gentilium impudica sacra ; denique versio των ο confirmabunt. Atque ex locis quidem in V. T. obuiis in primis, qui notetur, dignus est ille, 1 Reg. XIV. 24. vbi, postquam omnia gentium flagitia imitati esse Iudaei, lucos sibi construxisse dicuntur, scriptor sacer addit: *quin erat שָׁק in terra.* Adducuntur adeo aediculae foedissimi cultus in templo Iehouae, quas demoliditus est Iosia (2 Reg. XXIII. 7.) Detestandum hunc atque obscoenissimum cultum, et homines operam illi dantes, non melius per εὐφράτον designare poterat scriptura, quam si eiusmodi scorta flagitiosa מִשְׁרָפָה appellaret, h. e. separatos ab omni honestate, *initiatos, consecratos.* Sequutus videtur interpres graecus eundem hunc euphemismum, qui 1 Reg. XIV. 24. שָׁק vertit : ναὶ ἐγενθῆ συνδεόμενος, erat copulatio, quo verba nefandam ac promiscuam in sacris Venerem satis declarat. Hinc iam HIERONYMVS ad Hos. IV. 14. per קַדְשָׁוֹת intelligit iēp̄as, sacerdotes, Priapo (בָּאֵל פָּעוֹ) mancipatas, in cuius sacris (Miplezeth 1 Reg. XV. 12.) Maacham, Asiae regis matrem, principem sacerdotum fuisse putat. SELDENVS c) Scortatores, Antistitum ordinem, Numini Phegorio sacratum ; VITRINGA d), Veneris Sacerdotes ; et CLERICVS e) prostibulum Deae Mylidthae

aut

c) SELDENVS de Diis Syr. leg. ebr. rit. Lib. II. c. 25. pag.
Syntagm. 2. p. 237. 415.

d) VITRINGA Obs Sacr. c. 5. e) CLERICVS in not. ad Gen.
p. 47. conf. SPENCER de XXXVIII. 21.

VIII

aut Astartae sacrum, intelligit. Existisse autem in sacris Gentilium omnium generum libidines nefandas, ac detestanda flagitia, scriptores veteres docent. De *Babylonis* refert HERODOTVS f), mulieres Mylittae (Veneri) sacras, huic Deae et corpus, et quaestum eius consecratae. *Phoenicum* flagitia Heliopoli in honorem Deorum admissa, recenset EUSEBIUS g). *Byblios* Astartae suae mercedem libidinis in sacrificium dedisse, LUCIANVS testatur h). De *Cypris* eadem refert IUSTINVS i), Eleusinia sacra obscoenissima licentia celebrabantur, ut etiam *Dionysie* Bachi, et mysteria *Cybeles* k). De *Ephesiorum* σκολιοις εργοις multa ATHENAEVS l) habet, VENERIS templum m), quod Corinthi erat, plus mille scorta alebat, quae ut augerentur, sacerdotes precabantur. Virorum effeminatam mollitatem, Deae *Cotytiae* n) sacerdotum, Athenis et Corinthi, detestanda sacra, a Thracibus recepta, facientium, multi autores docent. Sic in templo *Dianae* ephefino. Sacerdotes eunuchi o) erant, et in Rheae s. *Cybeles* sacris Galli sacerdotes, suis ipsi

- f) HERODOTVS *Clio* pag. 36.
- g) EUSEBIUS *Praep. ev.* L. IV. c. 16.
- h) LUCIANVS de *Dea Syr.* c. 6. p. 454.
- i) IUSTINVS *Hist. XVIII.* c. 5. c. 10.
- k) MEVRSII *Attic.* Lect. L. V. c. 21.
- l) ATHENAEVS *Dipnoi.* Lib. XII. p. 585. STRABO *Lib.* XIV. p. 640.
- m) SAM. PETITI *Miscell.* VII. 8. p. 471. seq. GAVE Leben der *Apostel* p. 456.
- n) SVIDAS in bac voc. IVVELVGVTIN. de *civ.* L. IV. c. 10.
- o) STRABO L. XIV. p. 950.

ipſi virilibus, LACTANTIO teste p), litabant. Accedit denique, quod LXX interpretes in conuertenda voce מִשְׁרָפָה eiusmodi vocabulis vtuntur, quae in sacris Gentilium, mysteriis et initiationibus saepe occurrunt. e. g. 1 Reg. XV. 12. et Hos. IV. 14. vertunt: τελεται, τετελεσμενοι. Accipitur autem apud Graecos verbum τελειν in sensu initiandi, ut apud LVCIANVM q), ετελεσθημεν, initiati sumus, ετελεσθη τα Ελευσινα, cet. Demetrum, volentem μυηθηαι, initiari, et mysteria omnia, την τελετην απασων, percipere, initiatum esse Athenis, refert PLVTARCHVS r), his verbis: ετελει αυτον initiantur illum. Hinc ipsa sacra, ad quae singulari initiationis ritu opus erat, μυημεν et τελεται s) vocabantur, quod occultanda essent, et homines eorumque vitam perficerent. HESYCHIVS t) inde voci τελεται adiungit: οργαι, θυσαι, μυημεν. LVCIANVS v) de seruatore, Christo, ait, illum καινην τελετην in Palaestinam introduxisse. Τελεται siue μυσαγωγοι ipſi initiantes erant in occultis Cereris ac Proserpinæ sacrī, qui religionem arcam e. g. Cereris Eleusiniae edocebant. x) Habet denique POLLVX y) περι μυημεν τελευτων και τελεμενων.

de

- p) LACTANT. Div. Inst. L. I. t) HESYCHIVS in voc. τελεται
c. 21. p. 86. ed. Schrevel.
- q) LVCIAN. Navig. II. T. III. v) LVCIAN. de mort. peregrin.
ed. Reitz. p. 255. II. T. III. p. 334.
- r) PLVTARCH. in Demetr. p. x) LAKEMACHER loc. cit. p.
900. ed. Xylandr. 303.
- s) LAKEMACHER Antiq. Gr. y) POLLVX in Onomast. L. I.
sacr. p. 304. Segm. 35. p. 24. ed. Lederlin.

B

X

de mysteriorum initiatoribus et initiatis, vocabula haec fere omnia : μυσησια, τελεται, ceremoniae — μυσαι, τελεσθαι, initatores — τελεσθαι consecrare — pergit : ὁ δε μυηθεις initatus, dicitur τετελεσμένος. Patres ecclesiae deinceps haec vocabula ad Theologiam transtulerunt, ut GREGORIVS, τελεσθεις τω βαπτισματι, baptismate initatus, et alii, a BUDDEO z) citati. Itaque si vocabulum **השׁרֵף** et **שָׁרֵף** iis in locis sacrae scripturae occurrit, vbi inter flagitia Gentilium detestanda in sacris et lucis numeratur ; LXX porro interpretes in locis adductis eiusmodi verbis vtuntur, quae initiationis & consecrationis vim habent: videmur nobis iure quodam nostro locum Deut. XXIII. 17. ita conuertisse : *non erit inter filias Israël, quae initata sit, (impudico cultu idolorum in sacris Gentilium) neque inter filios Israël initatus et consecratus (huiusmodi sacrис impuris, et pudorem prosti-tuens).*

Sed iam delati sumus eum in locum, in quo maxima difficultas obiicitur, nempe, quomodo ea, quae in graeca versione abundant, conciliari cum textu hebraico possint. Habent enim i LXX ita a) : *εκ ἐσαι τελεσφορος απο θυγατερων Ισραηλ, και εκ ἐσαι τελισκομενος απο ιων Ισραηλ.*

z) BUDDEVS in comment. gracc. ling p. 771.

a) Ita haec verba exstant in Polyglott. Lond. quac exhibet Ed. Rom. secund Exempl. Vatican. Editio GRABII addit *των*, post *απο*, et inter *τελισκομενος*

et *απο* in parenthesis περι πασαν ιων, quae tamen a CYRILLO et THEODORETO non refuruntur. Et ita etiam ALDINA et BREITINGERI editio.

Τορενλ Quid sibi itaque volunt addita haec verba? Ut statim dicam, quod sentio, videntur mihi haec ipsa vocabula, prima et genuina versio eorum esse, quae in textu hebraico sunt, ita quidem, ut, quae antecedunt *εκ ἐσαι πορνη κ. τ. λ.* Glossema haberri recte possint. Irrepississe enim quaedam, librariorum infiditiae, in graecam versionem, quae in margine exemplariorum quorundam notata fuerant, ut alios taceam, NIC. FVLLERVS b) iam vidit. Subsoluit etiam viris quibusdam doctis, hoc ipso in loco glossam aliquam esse, sed videre sibi eam in ultimis verbis videbantur, quae explicationem praecedentis sententiae putabant. Ita sentiunt FLAMIN. NOBILIVS c), CORNELIVS A LAPIDE d), GROTIUS e). In quo tamen assensum illis accommodare haud possum. Sudent enim multa, ut priora verba glossemia esse putem. Nam primo verba per se clara, qualia sunt *πορνη* et *πορνεων*, minus claris ac prorsus obscuris explicare velle. Glossematis certe ratio non patitur. Accedit, quod vocabula *τελεσθορος* et *τελισκομενος* ab eodem verbo *τελειων* ducuntur, cuius composita, *τελεται* et *τετελεσμενοι* iidem interpres iam aliis in locis usurpauerant, et quia, ubi *Θιατηρ* de impuris Gentilium sacris inuenitur, nunquam *πορνεων* verterunt, certe etiam hoc loco facturi non erant. Denique haec ultima vocabula graeca esse magis

B 2

accom-

b) FVLLER. *Miscell.sacr. p. pendic. Polyglott. Lond.*

354.

d) CORNEL. A LAPIDE ad

c) FLAM. NOBIL. *in not. ad vers. gracc. LXX. p. 30. in ap-*

b. l p. 997.

e) GROTIUS *ad b. l.*

XII

accommodata videntur, ad vim hebraici textus exprimendam. Quid enim est τελεσθόρος? HOMERVS quidem Iouem τελεσθόρον vocat, finem ac terminos rebus afferentem f). Apud EVRIPIDEM est χρησμός τελεσθόρος, oraculum completum g), cert. sed haec non congruunt in hunc locum. Versio latina vetus, itala dicta, habet: non erit vestigal pendens ex filiis Israël, quemadmodum etiam TERTULLIANVS h) hunc locum, et ex illo HIERONYMVS i) adducit. Iudam Galilaeum AEt. V. hic respexisse autumat CLERICVS k); et hanc ipsam ob caussam Vossius statuit, exsculptum e codice hebraeo locum a Iudeis esse, ne, vestigial Romanis pendendo suae ipsimet legi aduersari viderentur. Sed hi omnes locum non recte capiebant. Neque enim de quocunque vestigiali, sed de turpi corporis quaestu sermo est, quem feminae obscoenis sacris initiatae Diis offerebant, intelliguntur τα ἐν της ἀστελγειας μυθαματα, ut CYRILLVS l) explicat. Est itaque τελεσθόρος aptum omnino vocabulum, ad exprimendam vim vocis πωπρ, initiaæ, quemadmodum THEODORETVS m) etiam illud ad mysteria pertinere, docte obseruauit. Complectitur tamen simul turpissimi quaestus oblationem, unde FLAM. NO-

BILIVS

- f) HOMER. *hymn. in Iov.* k) CLERICVS *in not. ad Ham-*
 g) EVRIPIDES *in Phoenic. v. 60.* mond *ad b. l.*
 h) TERTULLIAN. *de pudicit.* l) CYRILLVS *Lib. 15. de ad-*
cap. 9. p. 453. ed. Par. orat.
 i) HIERONYM. *Epist. 146. p. 787. Ed. Marian.* m) THEODORETVS *quaest.*
28.

BILLIUS n) recte vertit: *teletas ferens*, (qua voce AVGVSTINVS o) etiam pro *consecratione* vtitur) quasi dicat, initiationis suae mercedem, dona, et sacrificium obscoenae libidinis consecrans: cuiusmodi sacrificia et turpem mercedem seuera lege Deus O. M. Iudeis interdixerat. Non erit itaque inter filias Israël τελεσθορος, initia cultu impuro, et, quod inde ducitur, veſtigial impudicitiae persoluens. Pergit nunc versio graeca: *Non erit τελισκομενος inter filios Israël.* Aptum itidem vocabulum; ad exprimendam vocem θηρ, *initiatus* (obscoenis sacris); deriuatur enim, (vt solent in ισκω) a verbo τελεω, quod, vt supra demonstrauimus, initiandi vim habet. THEODORETUS (loc. cit.) explicat hanc vocem: μυσταγωγουμενος, *initiatus.* TROMMIVS τελισκομενον idem esse ait ac τετελεσμενον, prostitutum. HESYCHIUS enim τετελεσμενος exponit per τελισκομενος, ανδρογυνος, eunuchus.

Vidimus ergo, vtrumque hoc vocabulum graecum in posteriori Hemistichio usurpatum magis valere ad exprimendam vim verborum hebraicorum, quam vocabula, in priori posita, ποενη, et ποενων; Vnde verisimile videatur, illud prius; non hoc, glossema habendum. Superefst, vt ostendamus, qua tandem ratione in textum irrepserit? Sumamus itaque, veram ac genuinam versionem των ο fuisse: εκ εσαι τελεσθορος απο θυσιατερων I. κ. 8. ε. τελισκομενος α. u. i. Haec verba, quia

B 3 obſcu-

n) NOBILIUS in vers. lat. ex o) AVGVSTINVS de civit. L.
LXX. in Polygl. Lond. X. c. 9.

XIV

obscuriora paullo erant ; scriperat aliquis ad marginem : πορην, πορευεων ut generatim verborum τελεσθοεις et τελιτομενος vim exprimeret. Alius, qui hunc codicem describebat, et in vocabulis τελεσθοεις et τελιτομενος haerens, ad marginem πορην, πορευεων conspiceret, haec verba, veram scripturam esse ratus, codici suo, tanquam clariora, inscribebat, repudiatis quidem prioribus verbis. Tertius, in hunc librum delatus, postquam scripsisset εκ εζαι πορη — περ ευων — in aliis vero libris τελεσθοεις — τελιτομενος scriptum videns, ad marginem in suo codice adnotabat totum Hemistichium, tanquam variantem scripturam : εκ εζαι τελεσθοεις η. τ. λ. Quartus, non intelligens, Hemistichium ad marginem positum notam variantis scripturae esse ; integrum illud suo codice inserebat, ne quid illi deesse videretur. Hinc factum est, ut triplex huius loci scriptura olim esset in codicibus graecis. Quidam eorum 1) seruabant voces τελεσθοεις et τελιτομενος solas. Ex eiusmodi codice in versionem italam verba venerunt : non erit vestigal pendens ex filiis Israël, quae Tertullianus et ex eo Hieronymus addueunt, et ad quae respexit forsitan Iudas Galilaeus Act. V. Iudeos ad rebellionem contra Romanos concitans. 2) Alii codices tantum habebant : πορη, περ εων. Ex his descripti sunt codices graeci alii, et versiones orientales e. g. Samaritana, Arabica, nec non vulgata, in quibus omnibus additamentum graecum non est. Eiusmodi codice usus etiam Augustinus est, qui de τελεσθοεις nihil habet. Complutensia nihil hoc loco habere,

bere, mirum non est, quippe quae ad textum hebraicum
correcta. 3) Tertii denique generis libri manu scripti
vtrumque hemistichium habebant, ex quibus in codi-
cem Vaticanum et inde in nostra biblia graeca impressa,
in editionem GRABII, BREITINGERI, *Polyglottae Lon-*
dinenſis cet. est translatum. Quodsi ergo prius hemisti-
chion Glossema putatur, vt vero simile esse ostendimus;
vindicatus iam est codex ebraeus a corruptionis suspicio-
ne, ab If. Vossio iniecta. Conuinceret iam erroris eum
textus Samaritanus, qui eadem verba habet, quae in
ebraeo sunt; nisi quod loco תְּחִיָּה habeat תְּחִיָּה; et pro
תְּחִיָּה etiam vt sensus sit: non viuet kdeschah et ka-
desch. Fac itaque, exsculptum locum ex codice hebraeo
esse; quis ex Samaritano deleuisset? Denique Targum
Onkelos non duo Hemistichia quidem habet, ita tamen
interpretatur hunc locum, vt Delio natatore opus sit ad
intelligendum, quid velit. Habet ita: לֹא תְּחִי אֶחָת
סָכַנְתִּי יִשְׂרָאֵל לְבָבֶךָ וְלֹא יִסְכַּבְנָא פָּבָנִי יִשְׂרָאֵל אֶחָת
אֶחָת Non erit mulier de filiabus Israël uxori viro seruo,
neque accipiet vir de filiis Israël uxorem ancillam. Equi-
dem Onkelosum, qui alioqui pressam interpretatio-
nem sequitur, excusare non aliter possum, quam si di-
cam, eum ita hunc locum vertisse, vt tum inter Iudeos
explicabatur, qui fortasse ista aetate feminam et virum,
a consuetudine iudaica recedentes, et קְרִישָׁת (Sonder-
linge, primam verbi קְרִישָׁת significationem, quae separa-
tionis est, sequentes,) appellabant. Sed haec quidem
haec tenus.

Restat,

XVI

Restat, vt Examen publicum a. d. XXVIII. Sept. in Schola nostra instituendum, et declamationes quasdam die sequente XXIX. Sept. hor. X. audiendas consueto more indicam.

Recitabunt autem disciplinae nostrae alumni quidam ordine hoc:

FRID. IVST. PHIL. BRANDES, *Offlebia-Brunfvc.* verba faciet, de sensu quodam et gustu in moribus, *teutonice.*

IO. FRIED. CHRIST. MARENHOLZ, *Ermslebia-Halberstad.* de historiae utilitate dicer, *latine.*

CAROL. URBAN. DIETERIC. BRANDES, *Offlebia-Brunfvc.* ager de literatorum quorundam infelicitate, *gallice.*

CHRIST. ISR. GVIL. ZIEROLD, *Eilslebia-Magdeburg.* fructum ostendet ex aegrotatione corporis a sapiente capiendum, *teutonice.*

ANT. AVG. HENR. LICHTENSTEIN, *Helmstadiens.* poëseos lat. amans, *carmen latin.* in otium ignavum, recitat.

LAURENT. CASPAR. HERBING, *Halberstadiens.* quantum vim habeat musica, enarrabit, *teutonice.*

Ad hos adolescentes, ingeniis et literarum studiis egregios, audiendos, vt, qui et scholae nostrae, et adolescentum studiis fauent, frequentes conueniant, cum ipsis, tum nostro nomine, vehementer rogamus.

P. P. a. d. XXVI. Sept. A. R. S. cloJo CCLXVII.



AB: 153990



5b.

VDA 8

R

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

ta
phi
X
m
is
r c
te
n v
ip
nft
upia
c
v
ib
ius
ipsa
ro
e ac
an

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

OBSERVATIONES CRITICO · PHILOLOGICAE

IN LOC. DEVT. XXIII. 17. GRAEC. VERSIONIS

QVI IN CODICE HEBRAEO NON EXSTAT

CONTRA ISAAC. VOSSIVM.

PROGRAMMA

QVO

AD EXAMEN PVBLICVM
SCHOLA HELMSTADIENSIS

A. D. XXVIII. SEPT. INSTITVENDVM

ET

ECLAMATIONES QVASDAM

A. D. XXVIIII. SEPT. HOR. X. AVDIENDAS

ECENATES AC FAVTORES
LITERARVM HUMANIORVM

OBSERVANTER INVITAT

AVGVSTVS GEORGIVS MIRVS
SCHOLAE HELMSTADIENSIS RECTOR.

HEL M STADII
LITERIS DRIMBORNIANIS.